EPHEMERIS AD ANNVM DOMINI 1602. qui eſt ſecundus poſt Biſextilem.

Figura cœli Verna,
Die 9. Martij, horis à
merid: 23. min: 53.



Figura cœli Æſtiua,
Die 11. Iunij, hor: à
merid: 10. min: 37.



Tempore huius anni quatuor Eclipſium effectus ſæuiunt, duarum Solarium ac totidem Lunarium. Quod rariſsime uſu uenire ſolet. Etſi autem ſupra in reuolutione mundi anni domini 1592. monuimus, ſimiliter quatuor Eclipſium effectus ſimul concurrere: tamen ij omnino non ſunt cum his conferendi, cum ibi à paruis eclipſibus pendeant: hic uero à magnis. Vnde etiam magnitudo impendentis mali colligitur. Quare grauiſsimæ mutationes in politijs ac religione fient. Funera regum & reginarum oſtenduntur. Furores populi aduerſus ſuos magiſtratus excitabuntur, uiciſsimq́; magiſtratuum ſeueritate uindicabuntur. Bellum cruentum orietur, quod uaſtationes ſequentur. Infirmitates multæ ac uariæ corpora humana inuadent. Veneficia et incantationes uigebunt. Omnia plena ſcelerum ac perfidiæ futura ſunt. Deniq; nemo ſibi quiſquam ab ullo tutum eſſe putet.

Figura cœli Autumnalis
Die 13. Septembris, hora poſt
merid: 0. minut: 18.



Figura cœli Hiemalis
Die 11. Decembris, hor: à
merid: 4. minut: 36.